

Deinde ascensioni huic rectæ M. C. adijce 30, gradus, & colliges ascensionem obliquam cuspidis undecimæ domus. Et sic per hunc modum ex ascensione recta M. C. per additionem continuam 30. graduum, nascuntur ascensiones obliquæ reliquarum quatuor domorum. Exemplo aperiam, Proponatur tempus natiuitatis Annus 1536. labens, dies 10. Ianuarij post meridiem hora 6. mi. 30. tempus hoc sic propositum, dicitur tempus non æquatis diebus, quare huic tempori adde æquationem dieum, quæ in proposito est ferè 3. minuta temporis, & stabit tempus pro ascendente inuestigando sic, post meridiem hora. 6. mi. 33. ferè æquatis diebus. Locus autem uerus Solis ad eandem horã 0, 7 Aquarij, cuius ascensio recta inuenitur 302. 19. Cui addo pro 6. horis & 33. mi. gradus 98. & 15. mi. & colligo ascensionem rectam M. C. 400, 34. Sed quia iste numerus excedit integrum circulum, id est 360. gradus, quare ab ista iam reperta ascensione recta tollo integrum circulum 360. grad. & manebit 40. 34, Ascensio recta M, C,

70.	34	69	49	}	Ascensio-	}	undecimæ	domorum						
100.	34	99	49						nes obli-	primæ	coeli,			
130.	34	129	49									quæ	secundæ	
160.	34	159	49											tertiæ
190.	34	189	49											

Numeros harum ascensionum, quare quæque in area suæ tabulæ, ut numerum ascensionis rectæ M. C. 40. 34. in tabula ascensionum rectarum pro initio, siue cuspidem M, C, Item numerum ascensionis obliquæ undecimæ domus 70. 34. in tabula quæ undecimæ domui debetur, & ex directo eius in fronte quidẽ signum zodiaci, in latere autem sinistro numerum graduum eiusdem signi habebis. Si autem ascensionem propositam, præcise non inueneris in area tabulæ, accipe differentiã inter duas ascensiones in tabula expressas, quarum altera quidem proximo minor extat ascensione proposita, altera autem immediate, maior, & differentia hæc in tabula posita, dicitur differentia tabulæ, quæ erit primus numerus & diuisor, & est portio uni gradui eclipticæ debita, deinde prædictam ascensionem minorem, subtrahe ab ascensione proposita, & residuum pro numero tertio teneto, secundus autem numerus semper erit 60, Ducitaq; secundum in tertium, & productum per primum distribue, quod namq; huiuscemodi diuisione partum fuerit de minutis, adijciendum erit numero graduum eclipticæ, ex directo ascensionis minoris inuento, & colligetur numerus graduum & minorum, quos habet arcus eclipticæ quæsitus, Sit uerbi gratia, ut supra ascensio recta M. C. 40. 34. quam non reperio præcise in area tabulæ ascensionum rectarum, sed inuenio proximo minorem 40. 32. & ibidem in fronte signum Tauri, & in latere sinistro tabulæ 13 gradus, quæ ad partem nota, proximo autem maior est 41. 31. harum ascensionum differentia est 59. minuta primus numerus & diuisor, minor deniq; istarum ascensionum scilicet 40. 32. subtracta ex ascensione recta proposita, scilicet 40. 32. relinquit 2. minuta, tertium scilicet numerum, Secundus autem numerus est 60. minuta, & stabunt sic iuxta regulam proportionum uulgatissimam.

Differentia tabulæ		Portio uni gra. debita.		Differentia minoris ascē, ad propositam.
m̄.	dant	m̄.	quid dabunt	m̄.
59,		60		2
				14 iij Duo